Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

38

fiat cor & anima una. & sunt illis omnia communia; quid nisi lapides uiui in aedificium futuri domus dni quadrentur, qui hinc inde translati abq: ullius labore tardentur. suisque ordinib; inserentur. & sibimet alterutrum copulantur diuine simul & spiritali dilectionis iungantur.

Item figura utriusq: scuarii potest tabernaculi tempus synagoge hoc est antiquae dni plebis; opus uero templi ecclam. id est illam electorum multitudinem. quae post incarnationem dominicam ad fidem uenit significat, qm uidelicet tabernaculum moses cum sola hebreorum plebe consummauit. templum uero salomon collecta proselytorum multitudine perfecit, adiuuante illum rege tyrio cum artificib; suis qui neq: natura iudei neq: professione fuerunt. Constat enim quia priori dni populo doctores nisi excepta eorum gente praefuerunt; at uero ecclae rectores primi quidem fuere de hebreis. uerum mox crescente ea ac dilatata porbem illum de gentib; structores sunt eius exosti; adeo ut ipse quoq: euangelista lucas & timotheus ac titus uiri apostolici de uocatione gentium ad psulatum eius pugnarint; Verum si diligentius singula